



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXII.**

16 Januarij. 17 Cal. Febr.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

46 ANNI CISTERCIENSIS

*estis, si non exorbitatis. Lætetur, in-*  
*quit, cor quærentium Domi-*  
*num. [ psal. 104. ] Si gaudetis ad*  
*Quis  
quærat  
faciem  
Dñi. .*  
*labores; si inoffenso, si indefesso pede*  
*curritis viam mandatorum Dei: si*  
*quotidie utriusque hominis status re-*  
*centior est ad proficiendum, & perfi-*  
*ciendum, quam ad incipiendum; pro-*  
*fecto quæritis faciem ejus semper.*  
*(S)(S)(S)(S)(S)(S)(S)*

16 Januarij. 17 Cal. Febr.

*Floruit S. ROLANDE, Cœnobiarca Che-*  
*circa seriaci in Sabaudia; qui doctrinam*  
*annum virtutibus, & has prodigijs illustrans,*  
*1170. adhuc mortalis, consueta illis tempo-*  
*ribus apotheosi, per vulgi acclamatio-*  
*nem colebaris. Nec exspiravit cum vi-*  
*ta miraculorum potestas; quam felici-*  
*ter experti sunt; quoscumque ad tumu-*  
*lum tuum piè precantes inveniebas.*  
*Porrò ad confirmandam augendam*  
*que plebis devotionem, suos quoque*  
*thesauros adjunxit cœlica in terris po-*  
*testas: ut seu corpore seu animo ægri*  
*accurrerent, optatum utrique benefi-*  
*um auferrent. Unam hanc à te gratiam*  
*efflagito; ut te iuvante discam sacros In-*  
*dul.*

*dulgentiarū thesauros mihi diligentī stu-  
dio colligere. O quām optabo in illo exitū Indul-  
mei, id est totius aeternitatis articulo; ut in-  
gentem cumulum ejusmodi gratiarum mi-  
hi comparasse; quo me nempe à piacula-  
ribus flammis redimerem!*

B. GODEFRIDE de Perona: qui *Obiit*  
*mellifluis BERNARDI concionibus anno*  
*ad Claramvallem attractus, adeo sub 1146.*  
*sanctissimi Magistri disciplina profe-*  
*cisti; ut postquam Prioris officio diu*  
*functus eras, tam ipso, quām Eugenio honores*  
*Pontifice suffraganire, ad Nannetis & recusat*  
*Tornaci Episcopales cathedras voca-*  
*tus fueris. Sed tantis licet precibus hu-*  
*militas tua expugnari non valuit, nec*  
*adduci ad consensum. Aequalem huic sibi ri-*  
*mentis demissioni cōstantiam exhibu-*  
*isti in observantia regulari: in qua ve-*  
*lut officio, ita continua in teipsum se-*  
*veritate reliquis longè præibas: nullius*  
*unquam remissionis patiens, usque ad*  
*beatam mortem, quam suaviter can-*  
*tans, ac inter insolita piæ lœtitiae signa*  
*objisti. Cùm verò non deessent, qui*  
*de salute tua dubitarent, ob nimiam*  
*in recusandis Episcopatibus pertinaci-*  
*am: cuidam ex illis per visum te in lu-*  
*ce cädidissima ostendisti; cum dicto: te*  
*ex illo honorum contemptu meriti au-*  
*gmentum reportasse per quam maxi-*  
*mum*

*Canens  
mori-  
tur.*

## 48 ANNI CISTERCIENSIS

mum: quin, addidisti, futurum fuisse,  
ut æternūm damnareris, si acceptasses.

*Cygnorum est, mortem cantando excipere.*

*Fletus*  
in vita,  
cantus  
in mor-  
te

*Cygnum nempe te probavit non tam vesti-  
um quam animi candor. Fac, ut & ego co-  
lore cygneo, id est mentis candida puritate  
resplendeam: & ne in illa flebili mortis  
hora nimis serò lugeam, doce me nunc,  
dum gratiæ tempus est, peccata mea deflere.*

S. BERNA RDUS, ser. II. de divers.

*Caven-* *Studeamus, dilectissimi, immacula-  
dum à  
sæculo,  
& pro-  
pria vo-  
lūtate.* *tos nos ab hoc sæculo custodire, sci-  
entes, quoniam Religio munda & im-  
maculata coram Deo hæc est. Cave-  
amus autem à propria voluntate,  
tanquam à vipera pessima & nequissi-  
ma, & quæ sola deinceps  
damnare possit ani-  
mas nostras.*



17 Ja-